

amplius pecunia publica erogata, basem cum ornamenti sua pecunia fecit et epulo decurionib. | dato dedicavit.

*Uchi maiore, cf. N. 9398, rep. (VIII S. 26255 = Merlin et L. Poinsot inscriptions d'Uchi majus p. 38 n. 22). — 1) Cf. N. 417. 425. — 2) A. 197. — 3) Respublica Uchitanorum maiorum pecunia publica posuit. — 4) Sacerdos Cererum coloniae Iuliae Karthaginis. Cf. supra N. 4464. 6814. — 5) Colligitur ex hoc titulo posito anno p. Chr. 197 (= urb. cond. Varr. 950), sacerdotium Cereris Carthaginense non post annum 716 u. c. institutum esse, potest esse institutum uno ex annis praecedentibus, fortasse a. 710. — 6) Supra scriptam.*

9402 imp. Caes. | M. Aurelio Antonino Aug., | imp. Caes. L. Septimi Severi Pií | Pertinacis Aug. Arabici | Adiabenici Parthici ma|ximi fil., divi M. Antonini | Pii Germanici Sarm. nep., | divi Antonini Pii pronep., | divi Hadriani abnep., | divi Traiani Parthici et | divi Nervae adnepot.<sup>1</sup>, | civitas<sup>2</sup> Furnos<sup>3</sup> d. d. p. p. | fec.

9403 L. Octavio Felici Octavianio decurioni | col. Iul. Aur. Ant. Karth.<sup>4</sup>, | flamini divi Pii, magistro sacrorum Cerealium<sup>5</sup> | anni CCLXXVI<sup>6</sup>, professori<sup>7</sup> | aedilitatis, patrono et | curatori iterum municipii Aureli Antoniniani Fur|nit. minor., | ob insignem | iustitiam et benevolentiam | eius, universus populus | ex aere conlato statuam | posuit; ob eius dedicatio|nem ipse ludos scaenicos | et epulum populo dedit | et gymnasium. | L. d. d. d.

*Henchir Msaadin, ubi fuit civitas Furnos (cf. not. 3) vel municipium Furnitanum minus, rep. a. 1909 (VIII S. 25808<sup>a b</sup> = Merlin bull. du Comité 1909 Jun.). — 1) A. 198—211. — 2) Apparet municipii ius defuisse etiamtum civitati. — 3) Similiter desinentia nomina oppidorum Africanorum habemus complura; [mu]nicipium Sululos scriptum est VIII S. 23942; Althiburos, Thusuros scriptum fuit in itinerariis. Diversum ab hoc municipium Furnitanum supra N. 6812. — 4) Cf. N. 6815. — 5) Magisterium hoc non videtur diversum fuisse a sacerdotio Cererum Carthaginensi. — 6) A. p. Chr. 232? (vel uno ex annis 232—238, cf. N. 9401 not. 5). — 7) Aedilitatem se petiturum professus erat.*

9404 Sex. Pullaieno Sex. f. | Arn. Floro Caeciliano<sup>1</sup> | praefecto iur. dicun., | sac. Cer.<sup>2</sup> anni CLXX<sup>3</sup>, | II viro, flam. perp. c. c. I. K.<sup>4</sup>, | pagus et civitas Thug.<sup>5</sup> | patrono d. d. p. p., curatoribus L. Gallio Optato, Sallustio Dato.

*Thuggae (VIII S. 26615 = L. Poinsot inscriptions de Thugga n. 140). — 1) Idem memoratur in aliis inscriptionibus eius regionis VIII S. 26267. 26419. — 2) Cf. N. 9401. — 3) A. p. Chr. 126 (126—132?). — 4) Colonorum coloniae Iuliae Karthaginis. — 5) Cf. supra N. 9399 not. 2.*

9405 L. Cornelio Quieto | h. m. v.<sup>1</sup>, qui testamento suo rei publicae coloniae Marianae<sup>2</sup> Aug. Ale|xandrianae Uchitanor, | [ma]jorum<sup>3</sup> per fideicommissum | HS decem mil. n. reliquit, ex cuius | summae usuris quotannis die na|tali eius decurionibus sportulae et |